

988 dicembre, Rosara

Dominicus, figlio del defunto Robertus da Rosara, vivente a legge romana, dona per la salvezza dell'anima alla chiesa e al monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo due appezzamenti di terra arativa con le pertinenze e parte di un bosco, che egli aveva acquistato da Iohannes Patavinus, siti nel comitato di Treviso e nel territorio della Saccisica, nel luogo e fondo Codevigo.

Copia autentica del XII secolo da originale in Venezia, Archivio di Stato, San Giorgio Maggiore, processo 370 [B].¹

CE II. 67

Edizione: Lanfranchi 1968.

S.T. In nomine domini Dei eterni. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi nongentesimo octogesimo octavo, sub die de mense december, indicione secunda. Ecclesia et monasterio Sancti Angeli qui est edificata in loco qui dicitur Brundolo² ego Dominico filius quonda Roberto,³ qui est ha^a in vicco Rosaria⁴ et professus sum ex natione mea lege vivere Romana, donator et offertor ipsius ecclesie seu monasterii presens presentibus dixi. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, iuxta Auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiet et insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ita in eadem ecclesia et monasterio Sancti Angeli dono et offero pro anima mea mercede, id sunt pecie due de terra aratoria et in parte silva et iacent in comitatu Tervisionense et in fine Sacissica, in loco et fundo Caput de Vicco,⁵ qui michi advenit per unam cartulam vendicionis et pro accepto pretio da Iohanne qui dicitur Patavino. Et est prima petia de terra aratoria per mensura iuxta per longo de uno latere perticas XX et octo et de alio latere perticas XX et II. et ex transverso de uno capite perticas tredecim et de alio capite undecim. Qui cernet fines de uno latere et uno capite fossa aiacente, quidem alio latere Martino qui dicitur Zorzani habet et in parte de infrascripta ipsa terra aiacente et de alio capite via percurrente. Secunda petia de terra aratoria ibidem prope est et habet per longo perticas X X et IIIlor. et pedes sex et per transverso de uno capite perticas sex et pedes IIIlor. et de alio capite perticas quatuor. Coheret ei de uno latere infrascripto Martino qui dicitur Zorzani et de alio latere via percurrente, quidem uno capite infrascripta terra quas hic supra legitur aiacente et de alio capite fossa percurrente, si ibique alii sunt coherentes. Que autem infrascripte due petie de terra et in parte silva in eodem loco et fundo superius dictas, una cum accessione et ingresso seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum, ab hac die in edem ecclesia et in eodem monasterio Sancti Angeli dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem habendum confirmo, faciendum exinde pars ipsius monasterii seu ille abbas et sui successores seu monachi qui ibidem ordinati fuerint et Deo deservierint ad eorum usum et sumptum quicquid voluerint iure proprietario nomine, sine omni mea et heredum meorum contradicione, pro anima mea mercede. Et nec michi liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod a me semel factum vel conscriptum est inviolabiter conservare promitto, cum stipulacione subnixa. Hanc enim cartulam offersionis Iohannes notarius tradidit et scribere rogavi, in qua subter confirmans testibus optuli roborandam. Actum in villa Rosaria feliciter. Signum manibus Bono Castaldio et Dominico filius Auristilla viventes lege Romana testes. Signum manibus Iohannis Cremani et Petro Decano testes. S. T. Ego Iohannes notarius scriptor huius cartule offersionis post traditam complevi et dedi. S. T. Nam et ego Adam notarius et causidicus hoc exemplum ex autentico renovavi ne causa vetustatis consumeretur et quod inibi vidi et legi scripsi, nec auxi nec minui.

^a sic. si legga habitator.

NOTE STORICHE

¹ Si noti che la pergamena è conservata nell'archivio del monastero di San Giorgio in qualità di titolo giustificativo, per acquisti effettuati dall'ente ecclesiastico in un periodo posteriore alla data del documento stesso.

² Sul monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo si veda documento Venezia 1 e nota 4.

³ Si noti che Giovanni Patavino non è un esponente della élite del regno. Gli enti monastici veneziani attirarono fin da epoca antica la devozione anche di individui di media ricchezza ed estrazione sociale. Si veda infatti documento Venezia 33. Sui rapporti patrimoniali degli enti monastici veneziani con l'aristocrazia regnicola e non si vedano invece i documenti Venezia 1, 8, 9, 15 e 16. Per un quadro d'insieme sui rapporti tra Venezia e la terraferma si rimanda a WEST HARLING 2013, pp. 249-252.

⁴ Località identificabile con l'attuale Rosara, frazione del comune di Codevigo in provincia di Padova.

⁵ Località identificabile con l'attuale comune di Codevigo in provincia di Padova. Si noti che la Saccisica era allora collocata nel territorio di Treviso.